

## Band IX., Nr. 4126, Seite 460-461

*Rupert und Mechthild von Dürn und ihr Sohn Rupert stellen dem Kloster Schöntal einen Schuldschein über 30 Pfund Heller aus und verpfänden für den Fall verspäteter Rückzahlung 3 Pfund Heller Einkünfte in Büschelhof.*

Forchtenberg, 1291. Mai 4.

Nos Rupertus de Durne, Methildis coniux nostra et filius noster Rupertus recognoscimus presenti scripto publice protestando, quod dilecti in Christo honorabiles viri dominus abbas Speciose Vallis cum suo conventu nobis liberaliter concesserunt triginta libras paratorum Hallensium, cum essemus gravibus debitorum oneribus onerati, ut indemnitati nostre, que per usurarum voraginem ipsis debitis incessanter accrescebant, in aliqua parte cavere possemus, ita sane, quod predictis dominis et eorum cenobio in festo beate Walpurgis proximo nunc venturo memoratam pecuniam integraliter et complete omni contradictione postposita persolvere tenemur. Quod si negligentes fuerimus solvendo pecuniam supradictam in termino superius expresso, quod absit, tunc predictis dominis viris religiosis et eorum cenobio dedimus et assignavimus damus et assignamus tres libras Hallensium in redditibus singulis annis in meram et in veram proprietatem in villa Bosilberc percipiendas pariter et perpetuo possidendas in bonis, que possident et deserviunt Hermannus, Cūnradus filius sororis sue et Reinhardus dictus Engirline mansionarii predicatorum bonorum. Preterea damus sepredictis dominis et eorum cenobio omne ius instituendi destituendi, quod nobis in prefatis bonis competebat. Et ut hec premissa robur obtineant firmitatis, presentes litteras fecimus conscribi sigillo nostro diligentissime sigillatas. Testium nomina sunt subscripta: Eberwinus rector parrochie in Burckheim, Salomon plebanus in Inferiori Halle, Sifridus plebanus in Synderingen, Cūnradus de Synderingen et Waltherus dictus Ruhnkeim et alii quam plures.

Datum et actum apud Forthenberc, anno domini MCCLXXX primo, in crastino inventionis sancte crucis.

Der Textabdruck folgt dem Original. <br> <br> Bruchstück des WUB, Bd. VIII, S. 490, Nr. 3396 beschriebenen Siegels.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

StA Ludwigsburg

**Signatur/Titel des Originals:**

B 503 I U 337

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Forchtenberg

**Ortsindex:**

Büschelhof Wohnplatz (2377) <br> Büschelhof, Forchtenberg, KÜN <br>  
Forchtenberg Wohnplatz (2379) <br> Forchtenberg, KÜN <br> Kloster  
Schöntal Wohnplatz (2651) <br> Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN <br>  
Niedernhall Wohnplatz (2557) <br> Niedernhall, KÜN <br> Osterbur-  
ken Wohnplatz (6153) <br> Osterburken, MOS <br> Sindringen Wohn-  
platz (2392) <br> Sindringen, Forchtenberg, KÜN <br> Walldürn Wohn-  
platz (6198) <br> Walldürn, MOS